
Sciant presentes et futuri quod nos Thomas Rys vicarius ecclesie parochialis de magna Wolforde et Thomas ffleccher de Chastelton tradidimus
dimisimus et hac presenti carta nostra indentata deliberavimus Stephano Cherynton filio et heredi apparenti Thome Cherynton de Cherynton in Com'
Warr' et Alicie ux' predicti Stephani filie Willelmi Ruggeley de parva Wolford in Com' predicto omnia illa terras et tenementa prata pasc' pastur' reddit' revenc' et servicia
cum pertinenciis in Wolford predicta ac unam virgatam terre cum pertinenciis in Stolreston et pastur' ad quatuor animalia in le Gorstes in Stolreston predicta. Necnon unam virgatam
terre cum pertinenciis in Cherynton predicta in Com' predicto in tenura Johannis Bulloke que omnia nuper habuimus nobis et heredibus nostris ex dono et feoffamento predicti Thome
Cherynton. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata pasc' et pastur' reddit' revenc' et servicia cum pertinenciis prefatis Stephano et Alicie et heredibus de corpore
predicti Stephani procreatis et si idem Stephanus sine heredibus de corpore suo procreatis obierit. Tunc volumus et concedimus per presentes quod omnia et singula premissa
cum pertinenciis rectis heredibus predicti Stephani remaneant imperpetuum. De capitalibus dominis feodi illorum per servicia inde debita et de iure consueta. Sciatis insuper
presentes et futuri nos prefatos Thomam Rys et Thomam ffleccher ordinasse fecisse et per presentes in loco nostro posuisse dilectos nobis in Christo Johannem Wakeman et Robertum
Ross nostros veros et legitimos attornatos coniunctim et divisim ad intrandum vice et nomine nostris in omnia predicta terras tenementa et cetera premissa cum pertinenciis et quoscumque occupat'
inde expellend' et possessionem inde vice et nomine nostris capiend' et post huiusmodi possessionem sic inde capt' plenam et pacificam seisinam inde vice et nomine nostris prefatis
Stephano et Alicie deliberand' secundum vim formam et effectum presentis carte nostre indentate eis inde confecte ratum et gratum habentes et habituri totum et quicquid dicti attornati
nostri nomine nostro fecerint seu alter eorum fecerit in premissis seu in aliquo premissorum. In cuius rei testimonium Nos prefati Thomas Rys et Thomas
ffleccher utrique parti huius carte nostre indentate sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus Waltero Ross Roberto Gydener de parva Wolford, Johanne Lee, Johanne
Hyron de Stolreston, Thoma Stallon, Johanne Taylo de Cherynton et multis aliis. Datum apud parva Wolford vicesimo die mensis Januarii Anno
regni Regis Henrici Septimi post conquestum Anglie duodecimo :



Sciant presentes et futuri quod nos Thomas Lye vicarius ecclesie parochialis de magna Wolford et Thomas Fletcher de Chastelton tradidimus
dimisimus et hac presenti carta nostra indentata deliberavimus Stephano Therton filio et heredi apparenti Thome Therton de Therton in
comitatu Warr' et Alicie uxori predicti Stephani filie Willelmi Wyggeyn de parva Wolford in comitatu predicto omnia illa terras et tenementa prata pascua pasturas redditus reversiones
et servicia cum pertinentiis in Wolford predicta ac unam virgatam terre cum pertinentiis in Stowreton et pasturam ad quatuor animalia in le [illegible] in Stowreton predicta necnon
unam virgatam terre cum pertinentiis in Therton predicta in comitatu predicto in tenura Johannis Bulldor que omnia nuper habuimus nobis et heredibus nostris ex dono et feoffamento
[predicti] Thome Therton. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata pascua et pasturas redditus reversiones et servicia cum pertinentiis prefatis Stephano et Alicie et
heredibus de corpore predicti Stephani procreatis. Et si idem Stephanus sine herede de corpore suo procreato obierit tunc volumus et concedimus per presentes quod
[omnia pre]missa cum pertinentiis rectis heredibus predicti Stephani remaneant imperpetuum. De capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de iure
[consue]ta. Noveritis presentes et futuri nos prefatos Thomam Lye et Thomam Fletcher ordinasse fecisse et per presentes in loco nostro posuisse dilectos nobis
[illegible] et Robertum Roos nostros veros et legitimos attornatos coniunctim et divisim ad intrandum vice et nominibus nostris in omnia predicta terras et
[tenementa] cum pertinentiis et quamlibet inde parcellam et possessionem inde vice et nominibus nostris capiendum. Et post huiusmodi possessionem sic inde
[captam se]isinam inde vice et nominibus nostris prefatis Stephano et Alicie deliberandum secundum formam et effectum presentis carte nostre indentate [illegible]
[illegible] ratum et gratum [illegible] et habituros totum et quicquid dicti attornati nostri nominibus nostris fecerint seu alter eorum fecerit in premissis seu in
aliquo premissorum. In cuius rei testimonium nos prefati Thomas Lye et Thomas Fletcher utrique parti huius carte nostre indentate sigilla
nostra apposuimus. Hiis testibus Waltero Roos Roberto Gardener de parva Wolford Johanne Lee Johanne Heynes de Stowreton Thoma Stallon
Johanne Taylor de Therton et multis aliis. Data apud parvam Wolford vicesimo die mensis Januarii Anno Regni Regis Henrici Septimi post
conquestum Anglie duodecimo:



